

#### **Text č. 4 - De exercitu Romano, de acie Romana**

Discipulis suis Romanis magister olim narrabat exercitum Romanum ex peditatu et equitatu constare. Discipuli audiebant duces exercituum senatui oboedire, ipsos autem per legatos legionibus singulis imperare. Apparebat multos milites in exercitibus stipendia mereri, sed paucos gradus summos asssequi. Magister narrabat summos gradus dignitatis plerumque magistratibus, imprimis consulibus et praetoribus, committi. Notum erat pedites sonitu tubae, equites sonitu cornus ad impetum incitari.

Magister sciebat aciem Romanam triplicem esse - in prima acie hastatos pugnare, in secunda principes, in tertia triarios esse. Item magister discipulis suis narrabat equites in cornibus aciei stare. Discipuli audiebaunt dies proelii adversi atros a Romanis vocari.